

causis fiscalibus messis & vindemiarum tempore à iudice est audiendus. *l. 5. C. de fer. & quidem gratis*, nullis sportulis solutis, *Zœl. in comm. w. tit. de jur. fisc. n. 8.* Moribus etiam nonnullorum locorum obtinet, ut nec in causis fiscalibus juretur de calumnia. *Peregrin. l. 7. t. 3. n. 4.* Nec intra triennium demum, sed intra sex menses à lite contestata sunt finiendæ. *l. fin. C. de jur. fisc. l. 13. §. 1. C. de jud.*

## §. 2.

Fisco & privato morientibus quæstionem super eadem re, causa fisci prius agi debet, *l. 35. de I. F. & fisco à Reo edenda sunt instrumenta, l. 3. de edend. l. 2. §. 1. & 2. de jur. fisc. add. Prosp. Farinac. fragm. p. m. 227.* Sed tantum in civilibus, non vero etiam criminalibus causis, *d. l. 2. §. 2.* In quibus vero fiscus non speciale habet privilegium, in illis utitur jure communi. *l. 12. de compens. l. 25. de pign. l. 3. C. de rescind. vend.* Nec putat Modestinus delinquere eum, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum facile respondet, *l. 10. ff. de I. F.* Et boni Principes privati potius, quam fisco favent, *l. 2. C. Theod. de adv. fisc.* quod ipsum etiam pertinet ad maximam Principis gloriam. Hinc Plinius in *Paneg. c. 36. præcipua sua gloria est, scribit, sapius vincitur fiscus, cujus mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe.* Et Theodoricus Rex: *fit interdum mala causa fisci, ut bonus Princeps esse videatur. Majori compendio perdimus, quam si nobis indebite victoria suffragetur.* *Calliodor. lib. 1. Epist. 22.* Præterea Fiscus etiam pignus legale habet in bonis civium propter tributa. *l. 1. C. in quib. caus. tacit. pign.* Sed non ratione pœnarum, *l. 11. l. 17. l. 37. de jur. fisc. Paul. de Castr. in l. adeo. de compensat. Surdus consil. 199. n. 7. Hartman. Hartman, lib. 2. tit. 27. obs. 17. n. 11.* atque sic colleg Iuridicum Ienense mense Febr. & mens. Maji. Anno 1632. ad requisitionem Ambrosii Werners / Einsideltscheu Verwalters zu Löbtehan respondit. *Es hat der Fiscus in den Straffgelttern vor den Ienigen / welchen ein dingliche Gerechtigkeit zustehet / kein prioritetisch Recht / oder prærogativ. n. N. w. Dn. Richter. de jur. & priv. credit. c. 2. membr. 5. n. 48. ubi tradit ex Welsenb. par. ff. de priv. cred. n. 6. quod in casu etiam confiscationis fiscus nullo gaudeat iure, sed omnibus postponatur creditoribus.*

## §. 3.

Plura adhuc fisco competunt privilegia, sic in contractibus fiscalibus nunquam tenetur de evictione ultra simplum *l. 5. pr. de I. F. Ant. Fab. Cod. 8. t. 30.* qui à fisco conduxit, ante tempus nec ab emptore expellitur, *l. fin. de I. F.* Fiscus hereditatem vendens à creditoribus hereditariis non recte convenitur. *l. 1. C. de H. vel A. V. nec ex ædilitio edicto tenetur. l. 1. §. illud sciendum, de adsl. edict. Zœl. ad d. t. num. 7.* Plura addere nec temporis nec instituti ratio admittit.

DEO SIT LAUS ET GLORIA!